

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Signa militaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,  
Regalesque accensa comas, accensa coronam  
Insignem geminis, cum fumida lumine fulvo  
Involvi, ac toris Vulcanum spargere teles.  
Id vero horrendum, ac visa mirabile ferri.  
Namque fore illustrem fama fatisque canebant  
Ipsum, sed populo magnum portendere bellum.

## SIGNA MILITARIA. CAP. XVII.

P firmi  
dus verne  
argunt  
gloriam  
una cum  
armis  
Sic Galli  
sxillum  
Auriflam  
me in quo  
dā in pra  
liu calibus  
preferat.

**A** Pud Rōmanos interalia militaria signa nonnunquam & flammulas rufas invenio gestis sol  
tas, fuisseq; flammatum prospere eventus signum ubique legas: veluti pugna quam Rōmani cum  
Sabinis ad Heretum commisere, ubi ferunt militares Rōmanorum hastas ad altam noctem perime  
citer ardere visas, nec, cum omnia consumat flamma, ex iis quicquam esse detritum: quo factus  
dentiores, veluti Deorum aliquis victoram pollicitus esset, ubi primum illuxit in Sabinos illati, qui  
multitudine longe prestatabant, insigni eos victoria profligarunt.

## UMBRÆ. CAP. XVIII.

**H** Inc etiam superstitibus animis umbrarum nomen, quia fumus adhuc vel torri carbonibus  
pertinaciter inhærefcens, diutius vaporat, nutrimento adhuc residuo. Vulgo enim creditur e  
orum diutius errare animas, qui ante diem violenter occubuerint. Quare ita Dido Maroniana mi  
nitatur,

En.lib.4o

— Sequar artis ignibus absens,  
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,  
Omnibus umbra locis adero.

## MULIERIS AMOR. CAP. XIX.

Amor in  
constans.

**A** Pud Onirocritas legere est lucernam ardente esse mulieris signū, quæ sit amore capta, prope  
area quod levis, inconstans, & infirmus admodum sit earum amor, qui lucernæ instar, minimi  
fatus impulsu extingui potest.

## LUCUBRATIO. CAP. XX.

Meminit  
Varro l. 1.  
de ling. Lat.  
Hinc p. 20.  
Pythag.  
Lucernam  
obst.

**V**ulgatissimum vero est lucernam pro lucubrationibus ponere, unde Demosthenis illa ac Atillo  
phanis Grammatici, & Cleanthis lucerne celebratissimæ, atque illa Epiceteti tam frequenter à  
nostris & à Græcis authoribus decantata, ut nulla apud omnes celebrior, nulla pretiosior habetur.  
Sane quidem à Pythea objectum Demostheni quod ejus enthyemata lucernam olerent: quippe  
quod is nihil ex tempore diceret, sed meditatione & vigilis singula elucubraret: neque segnis in re  
spondendo Demosthenes, qui non eodem pretio sibi & illi conitare lucernam subjecerit, nocturna  
felicitet illi convivia exprobrans, quibus ille plus indulgeret, quam Demosthenes studio. Archimes  
quoque nimiam hanc hominis diligentiam incessans, λογογέγραψε eum appellat, sive quod semper  
uti dictum, ex scripto diceret: sive quod, ut nonnulli aijunt, in utriusq; partis favorem aliquando inci  
pitari. Unde jocus ille apud Aristoph. Irene, de lucernarum fabro, & quod omnia jam consilia sint  
ad lucernam consultaturi. Sed ut ad lucernam redeamus. Plato cum summi boni, quæ poterat cogni  
tionem perveftigaret, id minime explicare posse contendit, sed ex diutino contubernio, tanquam ex  
igne statim proficiente, succensum ait lumen animam irepere. Sed ionge ante Platonem magnus D  
ixerat Prophetæ: *Lucernæ pedibus meis lex tua, & lumen semitis meus.* Et, *Signatum effiger nos lumen*  
*vultus tuus, Domine.* Et, *In lumine tuo videbimus lumen.* Hinc illa Esaia celebris adhortatio: *Iluminari,*  
*quod ut reg illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & pleraque hujusmodi de adventu J esu, qui verum  
victor & unicum est lumen. Passim vero apud hos ignis fidei symbolum est, lucerna scientia, quas in ma  
nibus habendas divina institutione commonemur.* Et Psalmo 18. illuminandam à Deo lucernam  
prædictitur, ubi nonnulli interpres per lucernam, intellectum, per tenebras corpus exponunt. Ce  
dunt vero tenebra, ubi vera scientia lumen effulserit. Quod vero pro lucubratione lucerna accipis  
tur, in causa sunt nocturnæ vigilæ, quæ meditationi maxime commodæ sunt, & ad excoxitandum

proper